IVRIS ALLEGATIO IN QVA DOCETVR CIVITATEM BARCINONÆ NON TENERI AD SOLVTIONEM QVINTI SVORVM

impositionum à Regio Fisco petiti.



BARCINONÆ

Apud Sebastianum & Iacobum Mathevad Ciuita. & Vni. Typ. Anno M.DC.XXXIV.

IESVS MARIA IVSEPH.

EX parte Locumtenentis in officio magistri Rationalis domus, & curiæ Domini nostri Regis, instante illius regij patrimonij Fisco de annis 1620. & 1621. fuerunt præsentata Conciliarijs, & Clauario ciuitatis Barcino. mandata, ad effectum, quod intra certum terminum ederent computa impositionum, quas ab anno 1599. vsque ad tunc exegerat Ciuitas; vt inde appareret, quantum ratione Quinti, ex eis domino Regi deberetur: iniungendo simul eisdem Consiliarijs & Clauario, quod intra dictũ tempus Quintum soluerent.

De his mandatis admirata Ciuitas, eo quod à tempore immemoriali impositiones exigerat; & nihil fuerat ab ea vsque tunc, ratione Quinti petitum, aut prætensum; misit Oratores ad Dominum Regem, vt suæ Catholicæ Maiestati Ciuitatis iustitiam, vt non debeat Quintum de impositionibus, quas exigit, & exegerat, repræsentarent; supplicarentque ea attenta, non permitteret, quod amplius Ciuitas, super dicta fisci prætentione molestaretur.

Audiuit Oratores Ciuitatis benigne sua Regia Maiestas, & intellecta illius iustitia, nõ fuit amplius molestata, nec pro parte fisci Quinti petitio prosequuta.

Nouissimè de mense Ianuarij currentis anni 1634. fuit aliud simile mandatum prædictis annorũ 1620. & 1622. in eodẽ officio expeditum, Consiliarijs, & Clauario præsentatum, iniungendo similiter eis, quod intra terminum triginta dierum, impositionum Ciuitatis computa exibeant, & Quintum soluant. Cuius mandati causa decreuit Ciuitas mittere Oratorẽ ad suam Regiam Maiestatem, vt repræsentaret justitiam, quam fouet, vt Quintum non debeat soluere; Pro vt fecerant alij oratores; & supplicaret eidem Catholicæ Maiestati, dignaretur cum Ciuitate vti eadem illa benignitate, qua antea, non permitendo, quod amplius molestatetur Ciuitas super dicta fisci prætentione, & simul ordinauit Ciuitas Doctoribus infrascriptis, quod de eius justitia hanc juris allegationẽ conficerent, qui onus libenter susceperunt, pro jure suæ patriæ defendendo, sperantes non fore id suæ Maiestati iniucundum, qui tamquam amator, & distributor justitiæ semper est prõptus fidelium vassallorũ justitiam benigne audire, & jus omnibus tribuere.

Ad rem igitur deueniendo diuidemus hunc discursum in duas partes. In prima disputabimus an dñs Rex, & illius regij patrimonij fiscus habeat intentionem fundatam, quoad petitionem quinti factam ciuitati Barcinonę, ex illis impositionib. quas Ciuitas ex regijs

gijs

gijs cõcesſionibus pro ſuis neceſſitatibus ſolita eſt imponere, & exhigere. In ſecunda an dato, quod dñs Rex haberet intentionem fundatam quoad petitionẽ dicti quinti, habeat ciuitas Barcinonæ exemptionem, & immunitatem ſeu remiſsionem illius.

QVO AD PRIMVM dicimus (Salua ſuæ Reg. Maieſt. clementia, & benignitate) fiſcum regij patrimonij nõ habere reſpectu Quinti petiti itentionem fundatam: quia fiſcus non habet pactum inhitum cum Ciuitate per quod ipſa ſe aſtrinxerit ex ſuis impoſitionibus ſoluere Quintum, nec habet conſuetudinem generalem per quam cõſtet fuiſſe obſeruatũ ſolui Quintũ, nec habet ius municipale, cum non reperiatur aliqua Conſtitutio, aut capitulũ Curiæ per quam ſeu quod ſit diffinitum dño Regi deberi, & eſſe ſoluendũ Quintũ per Vniuerſitates ex ſuis impoſitionibus: & deniq; nec habet ius cõmune, cum lex non extet diſponens Vniuerſitates ex impoſitionibus proprijs debere correſpondere Principi Quintam aut aliam earũ Partem.

Namq. ſi haberet fiſcus in ſuij fauorem pactum, conſuetudinem, ius municipale, aut commune, tũc non poſſet negari, quod illius prætentio eſſet fundata quo ad Quinti petitionem, ſiquidem extante pacto intraret regula, quod illud ſeruari deberet, cũ id naturalis æquitas ſuadeat, *l. prima, ff. de pactis ex quo conuentio partium legem inducit, c. contractus de reg. iuris in ſexto*, ſi vigeret conſuetudo pariter illa ſeruanda foret, quia conſuetudini multum defertur ex *l. de quibus ff. de leg. l. fin. quæ ſit longa conſuetudo*, ſi iura noſtra municipalia Quintum introduxiſſent, & ſoluendum ſtatuiſſent, non poſſet Ciuitas quidquam dicere, cum expreſsis legibus noſtris caueatur, iura municipalia fore ad vnguẽ obſeruanda toto *tit. de obſeruar Conſtitutions, & cap. 40. curiarum anni* 1599. & denique ſi de iure communi Quintũ deberetur non poſſet Ciuitas ab illius ſolutione ſe deffendere, cum ex diſpoſitione dicti cap. 40. Curiarũ anni 1599. deficientibus Conſtitutionibus teneamur obſeruare, & ſequi quod iure communi diſpoſitum reperitur.

Qua propter probabimus in hac prima diſcurſus parte fiſcum quoad petitionem Quinti iuſtificãdam non habere pactum, conſuetudinem, nec ius municipale, nec commune, quo probato remanebit comprobata reſolutio de ſuper firmata, quod fiſcus non habet intentionem fundatam reſpectu Quinti à Ciuitate petiti, cum reſultet argumentum à ſufficienti partiũ enumeratione, quod eſt in iure validiſsimum & neceſſarium, vulgata *lege patre furioſo vbi cõmuniter ſcribentes, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris cum ſimilibus allegatis per B. Euerardũ in topi legali loco à partium enumeratiõe.* In primis quod attinet ad pactum eſt certum, quod ſi illud adeſſet, legeretur in ſcriptura priuilegiorum, quorum vigore Ciuitas imponit, & exhigit impoſitiones: nimirum quod in illis dominus Rex & Ciuitas expreſſe conueniſſent de ſolutione Quinti, aut quod dominus Rex dum concedebat priuilegium, reſeruaſſet ſibi Quintũ, & Ciuitas acceptaſſet priuilegium reſeruationem continens; quia per hanc acceptationem tacitè videretur conueniſſe ſoluere Quintum, probatur hoc ex verbis, *Cali-*

tij in Margarita fisci dub. 6. cas. 169. num. 48. dum tradit quod serenissimus Rex Ferdinandus petebat Quartam vel Quintam partem impositionum, quando ab eo impetrebatur licentia imponendi vectigalia seu impositiones, aliàs denegabat dictã licentiam, & confert, quod dicit idem *Calicius in dicto dub. 6. casu 8. num. 7.* quod in Cathalonia dominus Rex dat licentiam perquirendi metalla retenta sibi Quarta vel Quinta parte, & aliquando septima, octaua, vel decima parte, prout conueniebatur cum domino Rege, & quod probatione partis reseruatæ solũ inspiciatur licentia & conueniẽtia dñi Regis, & etiam hoc probatur ex stilo expeditionis priuilegiorũ: nã quotiescũq; voluit Rex cõcedere licentiam impositionũ cũ reseruatione Quinti, hoc expressũ est in priuilegio, faciendo aliquando expressam mentionem concensus Vniuersitatis priuilegium impetrantis quoad dictam reseruationem Quinti; aliquando vero non, quia sufficiebat reseruatio, & postea sequuta acceptatio priuilegij, vt diceretur Vniuersitatem impetrantem priuilegium consensisse reseruationem Quinti, ad ea quæ notant Doctores relati per *Iacobum Cancer lib. 3. var. cap. 1. de aucto num. 181. in fine. Surd. decis. 32. num. 10. & sequentibus*, & benè *Costa de factis scien. & ignorans, Centuria 2. distinct. 33.*

Vnde cum in priuilegijs ciuitatis Barcinon. circa facultatem imponendi vectigalia per serenissimos Reges Aragonum non legatur, nec dicernatur aliqua conuentio inter Ciuitatem impetrantem, & dominos Reges priuilegia concedentes, quoad solutionẽ Quinti, nec illius aliqua reseruatio, per quam sequuta acceptatione priuilegij per Ciuitatẽ, possit dici hãc de solutione Quinti conuenisse; patet clarè, fiscum non habere pactum, per quod petitio Quinti facta remaneat iustificata. Siquidem quod non ad sit tale pactum ex lectura eorundemmet priuilegiorũ iustificatur, qui modus probandi negatiuam est legitimus, & à iure approbatur, vt tradunt *Bec. consil. 40. num. 2 Surd. decis. 300. num. 11.* latè *Fuluius Patianus de probationibus lib. 1. cap. 43. per totum.*

Quod attinet ad consuetudinẽ cum illa sit facti si fiscus regij patrimonij ex ea voluerit Quinti petitionem comprobare tenebitur dictam cõsuetudinem probare, ad tradita per *Bartholum, & alios in l. de quibus. ff. de leg.* latè *Rotæ Genuæ decis. 17. per totam. Cæs. Barz. decis. 95. num. 6.* & vt nihil omittamus tantum abest, quod consuetudo prædicta probetur, aut probari possit in Cathalonia, vt imo contrarium sit verum, quod scilicet non consueuerunt Reges Aragonum istud Quintum prætendere, & exhigere. Sufficiat ad hoc probandum allegare *Iacobum Calicium in Margarita fisci dub. 6. dicto casu 196.* Vbi sic ait: *Est verum quod serenissimi Reges Aragonum in Cathalonia absque portione aliqua consueuerunt dare Ciuitatibus, & municipibus licentiã imponendi, talia vectigalia, seu impositiones habita certa summa peccuniæ inde pro licentia imponendi, sed tempore serenissimi dñi Regis Ferdinãdi fuit petita Quarta vel Quinta per ipsum serenissimũ; aliàs denegabat licẽtiã imponẽdi talia vectigalia seu impositiones, & in aliquibus ita sequuta fuit sed rarò.* Hæc *Cali.* cuius allegationem & auctoritatẽ diximus sufficere, quia fuit famosus, & cele-

bris

bris Doctor, vt eius scripta testantur, & fuit Aduocatus fiscalis Dñi Regis, qui semper præsumitur doctus *Pereg. de iur. fisci lib 7. tit. 2. de aduocato fiscali nu. 12.* & attestatur de consuetudine loci, & curiæ in qua versatus fuit. licet enim dissẽsiant Doctores in regula, an sit credendum Doctori de consuetudine attestanti, quos late refert *Camillus Borrellus in sum. decisionũ tom. 1. tit. 14. de consuetudine num. 132. & 133.* tamen opinio affirmatiua est vera, quoties Doctor, qui de consuetudine attestatur fuit famosus Illust. atq. Excellens in suo exercitio, & refert cõsuetudinẽ illius loci, in quo jugiter versatus est, ita post alios *Anton. Gabr. tit. de probationibus. conclus. 4, nu. 3. Nata cons. 218. nu. 4. volu. 1. Cefalus cons. 361. nu. 25. vol. 3. Surd. cons. 74. nu. 1. Costa de remedijs subsidiarijs remedio 5 num. 31. Guido Papa decis. 139. num. 1. & decis. 565. num. 4.* & alij plures quos refert, & sequitur *Camillus Borrellus vbi proximè n. 134. & 136.* Quod attinet ad iura nostra municipalia recurrẽdo per constitutiones in nulla earum reperitur quidquam de hoc prætenso Quinto stabilitum, nec de eo in fauorem domini Regis dispositum; etsi in aliquibus Constitutionibus de impositionibus Vniuersitatuum fiat mentio, probat hoc in primis *Cõstitutio 11. sub tit. de Vectigals*, in qua Rex Ioannes expresse nominat & appellat impositiones, animam Vniuersitatuum, Villarum, & locorum, sine quibus non potest subueniri earum necessitatibus, vt patet ibi: *Es estat donat destorb en la exactio de las imposicions, que son la anima de las Ciutats, viles e llochs en lo dit Principat de Catholunya, ne sens aquellas se puga suplir als carrechs &c.*

Et rursus Rex Ioannes concessit Vniuersitatibus liberã exactionẽ, cognitionem, & iurisdictionem dictarũ impositionum, iuxta seriẽ, & thenorem illorum priuilegiorum, vt denotant verba illa: *Per tant la dita Cort humilment suplica a la Excelentia vostra placia lo dit priuilegi de les dites imposicions, in vim contractus. Inhit ab vostra Magestat, è predecessors de aquella, apreciat, è pagat, tenir e seruar, e fer tenir è obseruar inuiolablement, e no entremetres directament o indirectè de aquell, remetent la exactio, cognitio, e jurisdictio de las ditas imposicions als Consellers, Pahers, Procuradors, Consols, o Iurats de las ditas Ciutats, Vilas, o llochs, iuxta serie è tenor del dit Priuilegi, Cõstituciõs, e Capitols de Cort del dit Principat, com ans de la presẽt guerra era inconcussament tingut e obseruat. Plau al señor Rey.* Si enim aliquid ex impositionibus Vniuersitatuum domino Regi pertineret, non rectè illæ nominatæ fuissent anima Vniuersitatuum, & subuentio earum necessitatũ, nec dñs Rex tribuisset illas Iuratis, Consulibus, aut patiarijs, seu Procuratoribus, nec illis dictarũ impositionũ exactionẽ, cognitionem, & iurisdictionẽ; sed eã sibi reseruasset, cum pro quolibet suo etiam modico interesse fiscus causas ad se trahat, & trahere soleat, nec alibi permittat de illis tractari, aut cognosci, ex sua magna, & singulari perrogatiua *toto titulo C. vbi causæ fiscales, l. si minori secundum vnam lectuaam, C. de iur. fisc. lib. 10. cum alijs adductis per Peregrinum de iure fisci lib. 7 tit. 1. per totum, & signanter num 9.* & plenè comprobat & ampliat *Don Franciscus de Alfaro de officio fiscalis glos. 16. numero 23. & glos. 18. numero 31.*

&

& glos. 34 § 8. numero 211.

In capitulo 62. curiarum anni 1599. pariter fit mentio de istis impositionibus Ciuitatum, & aliarum Vniuersitatum, & tamen non fit mentio de hoc Quinto, & idem legitur in capitulo 82. & 83. dictarum curiarum.

Et quia pro parte domini Regis quoad petitionem Quinti, & quod illi sit debitum, fit argumentatio ex dispositis in dicto capitulo 62. libet amplius morari in declaranda illius dispositione, licet verba tam clara sint, vt non egeant argumentatione, hic qui sequitur est verus illius sensus. Maior pars Ciuitatum, Villarum, & Locorum, & aliæ Vniuersitates Principatus Cathaloniæ, Committatuum Rossilionis & Ceritaniæ, tam Regiæ quam Baronum & Ecclesiarum, & aliæ Communitates Ecclesiasticæ, & Barones seculares dictarũ villarum, & locorum molestabantur per Magistrum rationalem, & illius Locumtenentem, ad effectum, quod ederent computa & rationem redderent impositionũ, quæ per priuilegia regia aliquibus citra annis vsque tunc exegerant, & agnoscebant reddere dicta computa esse quasi impossibile, tum propter antiquitatem temporis per quam non reperiebãtur libri, in quibus exacta erant continuata, tum etiam, quia non erat adhibita diligentia necessaria in custudiendis documentis, quib. constabat, in quam causam fuerat processum ex impositionibus, conuersum, & aliquæ Vniuersitates exigerant dictas impositiones absq. priuilegio, cum tempus per quod illa fuerant concessa expirasset; & quia constabat suæ Regiæ Maiestati per litteras dicti Locumtenentis, & aliàs non interfuisse dolum nec malitiam, sed omnimodam bonam fidem, ex quo fuerant impensæ impositiones in vrgentes necessitates ipsarum Vniuersitatum propter quas si impositiones defecissent ipsæ Vniuersitates graue, & maximum contracturæ erant æs alienum, propterea supplicauit Curia suæ Maiestati dignaretur facere gratiã omnibus Vniuersitatibus, & priuatis personis, & cuilibet illarum dicti Principatus, & Committatuum absoluere, & remittere vniuersas quantitates, quarum ratione dictarum impositionum remanebant aut remanere poterant debitrices vsque tunc, tam illæ, quæ computa ediderant in dicto officio Magistri rationalis quam illę, quæ computa non dederant mandando dicto magistro rationali, & eius Locumtenenti, quod dictam remissionem absolutionẽ, & gratiam, vt in futurum de illis constaret in computis dictarũ Vniuersitatum, & priuatarum, personarum continuaret. Et rursus suplicarunt tria brachia suæ Maiestati facerет illis gratiam, quòd in futurum vsque conclusionem primarum curiarum ipsæmet Vniuersitates, & priuatæ persone, non cõpellerentur dare computa impositionum. Sua Regia Maiestas dixit placere, & fecit gratiam remittendi impositiones exactas vsq. ad tunc tantum, & mandauit Magistro rationali, non molestaret, nec peteret computum, nec rationem dictarum impositionum Vniuersitatibus Ecclesijs capitulis, nec alijs personis, quæ impositiones exigissent.

En Capitulum curiæ, & dispositionem illius in qua pluries fit mentio de impositionibus Vniuersitatuum, & tamen non loquitur de prætenso Quinto.

Licet hoc agnoscat fiscus Regius dicit, quod ex dicto Capitulo resultat impetrata, & concessa gratia in fauorem Vniuersitatuum, quæ impositiones exegerant remissionis quantitatum quarum possent esse debitrices ratione illarum inferendo ex eo, quod petendo remissionem, seu liberationẽ præsupposuerunt dicta tria stamenta, & consequenter ciuitas Barcinonę caput stamenti regalis debitum seu obligationem verificando eam in Quinto cum aliud debitum impositionum non detur.

Verum hæc illatio non potest iustificari ex verbis, nec mente dicti capituli 62. quia vt patet ex proemio, & præfatione Capituli (quod proemium in quolibet materia aperit mentem disponentis, & causam finalem dispositionis, *l. fin. ff. de heredib. institu. vbi Bartol. & communiter scribentes*) cum à proemio, seu præfatione tota dispositio, vt à sua causa finali reguletur, *d. l. cum pater, § dulcissimis ff. de legat. 2. & notant in numeri relati per Marcum Antonium Maceraten. lib. tertio resolu. 1. numero 59. & Gaspar Antonius Thesaurus Quæstionum Forensium libro 3. capit. 17.* Remissio impetrata fuit restricta ad duas causas, nimirum ad causam redditionis computorum impositionum exactarum, quam impossibilem reputabant aliquæ Vniuersitates ob temporis antiquitatem, per quam deperdita erant computa, & documenta, quibus probaretur in quam causam conuersa fuerant; & ad causam quod aliquę Vniuersitates vltra tempus suorum priuilegiorum impositiones exegerant, & sic tota dispositio dicti capituli 62. venit restingenda ad causas prędictas expressas in proemio, vt in terminis notat *Crauet. cons. 171. numero 13. & bene Cagnol. in l. 1. numero 36. de iuditijs*, vbi dicit quod quando actus potest trahi ad plures sensus debet trahi ad sensum, qui ex præfatione colligitur, quod ante eum bene adnotauit *Alexand. consilio 46. visis numero 7. libro 1.* vbi dicit, quod vbi dubitatur, quid actum fuerit, recurritur ad causam finalem, & sic ad proemium bene *Parisius. consil. 71. numero 60. lib. 3. & consil. 88. numero final lib. 1.* dicens renuntiationem quantumcumque generalem, & quæ possit se habere ad plura restringi, & regulari à caussa, ex qua fuit facta *Marcabrunus consil. 66. numero 30. cum duobus sequentibus Surdus decis. 217.* dicens verba vniuersalia nihil operari quando certa caussa est expressa plura cumulat *Augusti. Barbosa axiomate 192.*

Et cum Quintum non possit contineri in dictis duabus caussis circa quas fuit petita remissio, sequitur non recte inferri pro parte fisci ex gratia remissionis, quo ad dictas res, ad remissionem Quinti cum ex *diuersis non fiat illatio, l. vlti. in fin. vbi Barto. ff. de calumnia. cum alijs per Barbosa axiom. 114.*

Intentum fuit releuare Vniuersitates à molestijs, quæ potuissent illis fieri, tam respectu redditionis cõputorũ impositionum exactarum

rum cum priuilegio, quã etiã respectu earũ restitutionis, quæ sine priuilegio, aut eo finito exactæ fuissent, vt clare apparet ex litera constitutionis, non est ergo quod ad prætensum Quintum, de quo non fuit cogitatum, verba Constitutionis trahantur.

Et quod Quintum non veniat ex remissione reddendi computa, ex eo probatur, quia diuersa sunt Vniuersitatem non teneri soluere Quintum, & non teneri reddere rationem in quam causam conuersæ sunt impositiones; Nam potest ad vnũ ex prædictis teneri, & ab alio esse liberatum, vt in terminis probat *noster Cance. var. resol. lib. 3. c. 3. a n. 449. vbi n. 456. hoc esse de mente Senatus affirmat.*

Et ratio est nam illa liberatio à reddendis rationibus non liberat à solutione reliqui, *l si quis rationes, & l. aurelio, §. Caius ff. de liberatione legata, l. si seruus vetitus cum similib. delegatis primo*, & illa redditio rationum, quæ remititur, nõ est necessaria ad videndum quid in Quinto contineatur, cum absq. aliqua redditione rationis possit doceri, quid pro Quinto veniat soluendum ostendendo instrumẽta arrendamentorum impositionum vt ferme fit in Cathalonia, ita *eleganter ex mente Senatus tradit Cancer. dicto cap. 3. num. 457. & 469.*

Quid quod & gratia remissionis contenta in dicto Capitulo 62 licet eam implorauerint tria brachia Curiarũ, tãtũ refertur ad eas Vniuersitates, quæ circa prædicta pro quibus implorabatur remissio erant deuicta, vt patet ex verbis principij dicti capituli, vbi dicitur *quod maior pars Ciuitatuum Villarum, Locorum, & aliarum Vniuersitatuum à Magistro rationali & eius Locumtenente molestabantur*, & sic non omnes Vniuersitates, vnde remissio debet restringi respectu earum Vniuersitatuũ, quæ poterant esse obligatæ non vero aliarum, quæ cum ad nihil tenerentur nec molestabantur, nec poterant molestari, & ita cum Vniuersitas Barcinonæ sit libera, & immunis vt infra in discursu probabitur ab obligatione soluendi Quintum; & sit notum de tempore dicti capituli curiæ ante nec post vsque ad annum 1620. non fuisse molestatam, nec ab ea petitam impositionum computorum redditionem, nec Quintum, euincitur, quod licet in gratia remissionis contenta in dicto capitulo 62. contineretur, remissio Quinti, & ex remissione ipsa bene inferreretur ad obligationem soluendi illud, id non obesset ciuitati Barcinonæ, quæ non impetrauit remissionem.

Nec oberit si dicatur, quod Ciuitas intercessit in impetratione gratiæ; & sic remansit præjudicata ex eo, quod infertur ex remissione; Quia respondetur, quod ciuitas Barcinonæ interuenit ex necessitate in dicta petitione, quia per Curiam generalem non potest peti in fauorem alicuius brachij aliquid, nec in fauorem aliquorum singularium, nisi in petitione concurrant omnia brachia, quæ ipsam curiam constituunt, & sic ex nuda interuẽtionẽ in aliquo actu curię non potest in dubio induci præiudicium particulare contra aliquod brachium, nec minus contra singulares in dictis brachijs existentes adnotata per Doctores, & practicos citatos *Per Cancer lib. tertio varia. cap. 13. num. 110.*

Quod confirmatur, quia ex actu

facto

facto per aliquod Capitulum, siue Vniuersitatem, aut collegium nõ censetur in dubio illatum præjuditium particulare alicui de Collegio Cap. seu Vniuersitate qui in illo actu interuenit, *vt est decisio notabilis Bellam 10. & 108. allegat notata in l. fin ff. quòd cuiusq. Vniuersitatis nomine & in dicta decis. 10. nu. 1. in fine* asserit id maxime procedere, vbi jus capituli siue Vniuersitatis diuersum esset à jure particularis, qui interuenit in Cõsilio Vniuersitatis, vt in nostro casu in quo jus ciuitatis Barcino. est prorsus diuersus à jure aliarum Vniuersitatuum, quæ habent priuilegia impositionum vt infra dicetur.

Suadentur quia intentio Curiæ fuit per dictam petitionem exonerare Vniuersitates ab onere, quod habebant si quod haberent, non ergo debet operari contrarium effectum, vt imponat onus Vniuersitatibus, quæ illud non habent, *vt post Bar. argumentatur Paris. consil. 141.*

Et licet fateremur petitionem dictæ remissionis comprehendere remissionem Quinti, non ex inde sequitur, quod remaneat fundata intentio fisci quoad obligationem illius respectu alicuius Vniuersitatis, cum ea petitio censeatur facta ad cauthelam, casu quo, Vniuersitas aliqua ad dictum Quintum teneretur, ad ea quæ notat *Cardinalis in cap. perpendimus de sententia excommunica.* Quod licet quis petierit absolutionem ab excommunicatione non præsuponit de necessitate esse excommunicatum, quia potuit ad cautelam absolutio peti, sequitur *Des. in l. non hoc num. 4. circa finem C. vnde legitime Ias. in l. 10. ante finem, ff. de verb. oblig. alios reffert Cra. cõs. 976. n. 4. vol. 5.*

Quanto magis, quod illatio fisci, & eius argumentatio fundatur in argumento à secundum quid tale ad simpliciter tale, quod argumentum vitiosum, & fallax esse notat *Euerard. in top. in proemio n. 24. in fin. Raud. de analogis c. 1. nu. 17. & in apendice par. 7. n. 2. Ang. Mathea, de vi rõne iuris lib. 2. cap. 12. n 6.* quos reffert, & sequitur *Ludo. Cassa. cons. 40. n. 29. & 48. n. 72.* vbi ex prædictis Doctorib. resoluit tunc dici argumentum à secũdum quid tale ad simpliciter tale quandocumq. proponitur aliquid secundum quid, idest cum aliqua limitatione, seu restrictione, & inde volumus inferre aliquid simpliciter, idest, sine limitatione, & restrictione, & hoc siue antecedens sit limitatum respectu temporis, siue loci, siue modi, siue partis, siue causæ, siue personæ vel cuiuslibet alterius qualitatis.

Quo circa cum antecedens in casu dicti Capitis 62. sit limitatum, quia non indistinctè de omnibus Vniuersitatibus Cathaloniæ loquitur cum respectu causæ, quia loquitur de certa causa particulari, vt patet ex eius proemio, non inde argumẽtari possumus simpliciter, & in abstracto, & seu regulariter in Cathalonia Quintum deberi domino Regi ex impositionibus, quæ imponuntur per Vniuersitates de licentia domini Regis.

Ex quibus patet fiscum nõ posse prætendere ex dispositione dicti capit. 62. fundari, & justificari suam prætentionem quoad petitionem Quinti.

In Constitutione prima titu. de remissio de monedatge fit mẽtio de Quinto, & licet fiscus prætendat ex ea suam intentionem comprobare, est id absurdum, vt patebit ex sequentibus verba Constitutionis sunt hæc, *Nos nec success-*

sors

sors nostres inquit Rex Petrus nō rebebam monedatge ne Quint dels homens de las Esglesias, Religiosos, Barons, Cauallers, e Ciutedans, sino axi com aquestas cosas en temps del Señor en Iacme Çaenrera de bona memoria Rey de Arago, Pare nostre era acostumat de rebebre saluas las conuinerças especials, e priuilegis de cascu. Hactenus Constitutio.

Fiscus agnoscit Constitutionē loqui tantum de Quinto vectigalis de monedatge, & Quintum, quod nunc petitur, nō esse dicti vectigalis de monedatge, sed aliorum vectigaliū exactorum per Vniuersitates dicit, tum quod cum omniū vectigalium sit par ratio, quia omnia à suprema regalia dñi Regis descendunt, & ab eo, & non ab alio concedantur, & Vniuersitates in vim regiarum concesionum, & non aliàs impositiones habeant, quod eo modo, quo dño Regi erat debitum Quintum vectigalis de monedatge sit pariter debitum Quintum de omnibus alijs vectigalibus; cum non sit maior ratio, in vno, quā in alio.

Respondetur vectigalia, & si à suprema regalia dñi Regijs descēdant, & ex concesione illius ea habeant vniuersitates, tum differunt inter se specie, & aliorum ab alijs diuersa, & separata est causa, & sic quod non recte inferatur, quod ex vectigali de monedatge solueretur Quintum, & quod ex alijs vectigalibus illud debeatur ex regula de qua jam supra, quod ex diuersis non fit illatio. Maxime, quia Dñs Rex habet vectigalia duplicis generis, alia antiqua, quæ sunt de sacro eius patrimonio, alia noua, quæ sunt & dicuntur de fiscali patrimonio *ex l. fi. C. de vectigalib. & commissis*, de qua infra abunde: Antiqua vectigalia, quæ erant de sacro patrimonio Principis, integra præstabantur illi, absque eo, quod aliquid in fauorem Vniuersitatum reseruaretur; alia vero vectigalia noua, & de fiscali patrimonio solebant diuidi inter Principē, & Vniuersitates pro partibus, de quibus in *d. l. fi.* hāc distinctionem tradit *Camil. Borrel. de Catholi. Regis præstantia c. 11, n. 270.* & ante eum *Castren. cōs. 106 n. 3. Crau. lib. 2. de antiquitate temporum par. 4. vers. Absolutis, n. 33.* Vnde vt fisci instantia procedat, debet ante omnia demonstrari vectigal prædictū de monedatge, cuius qualitatis sit, & cum ex dispositione Cōstitutionis resultet fuisse vectigal antiquū, & sic de sacro patrimonio dñi Regis, & suadetur ex his quæ tradit *Mier. in repetitione dict. Consti. 1.* quod iam de suo tempore jus de monedatge erat incognitum Patet clare non posse ex debito Quinti dicti vectigalis posse inferri ad debitum Quinti ex alijs vectigalibus, & conferunt ad hæc quæ supra diximus in vers.

Pariter *in Const. vnica tit. de remissio de Quint*, fit mentio de Quinto, quod solitum erat exigi ex bonis, quæ capiebantur ab hostibus per Prouinciales huius Principatus Cathaloniæ, & Committatuū Rosilionis & Ceritaniæ in mari cū nauibus per ipsos armatis, sed quod ex hac Constitutione non posit suaderi petitio Quinti ipsæmet rationes, quæ adductæ fuere in declaratione cap. 62. curiarum anni 1599. & *Const. 1. tit. de monedatge* conuincunt.

Emanat igitur ex prædictis nullam adesse Constitutionem, nec capitulum Curiæ, in quo fiscus possit petitionē Quinti ex impositionibus per Vniuersitatē exactis ex Regia concesione justificare.

Et

Et quomodo potest dari consti tutio annuens prætentionem fisci si semper dñi Reges Aragonum ore pleno fassi sunt impositiones esse proprias Vniuersitatuum, & in ipsis ipsos dominos Reges nihil habere, nec illos aut officiales suos circa dictas impositiones posse se intromittere tanquam de re ad eos non pertinente, & in quã nullum Regis interesse versabatur; sufficiant in istorum comprobatio nem duæ declarationes Serenissimi Regis Petri III. Altera 27. Maij 1376. facta in causa grauaminum de qua meminit *Calis. in extrauaganti curiarum cap. 7. n. 29.* vbi refert, quod conquerentibus brachijs Ecclesiastico, & militari Regni Valentiæ, & Principatus Cathaloniæ circa impositiones, quas prætendebant exigere ex concessione regia Vniuersitates, sic declarasse dñm Regem, *Lo Señor Rey en lo greuge donat per part dels braços de la Cleresia, e Caualleria del Regne de Valencia e del Principat de Cataluña dients no ser tenguts a pagar en les imposicions, qui cullen en los dits Regne e Principat ha aço acordat ab son consell en la forma segueut. Primerament que perço car lo dit Señor no a apropiades assi matex les dites imposicions, ne es interes seu sis culliran, o no, ans, o es de les dites Ciutats, Viles, o Llochs dels dits Regne, e Principat.* Altera est, & continetur in priuilegio concesso inclitæ ciuitati Barcinonæ 4. Maij 1557. vbi de impositionibus Ciuitatis loquens, sic ait, *nec nos aut officiales nostri intromittemus nos indè, aliquo modo vel ratione, tamquam de re, de qua intromittere non debemus, nec possumus.*

Et si pro parte fisci replicatur ipsum habere etiam in sui fauorẽ declarationem regiam, quoad debitum Quinti: quia prudens dominus Rex Philippus secundus sua regia epistola in forma Regiæ Cãcellariæ expedita, data in Cœnobio sancti Laurentij die 28. Aug. 1598. directa magistro rationali domus, & curiæ suæ Maiestatis ita dixit, *No embargante que en las facultades que per nos, o por nuestros Lugartinientes Generales se han dado a diuersas Vniuersidades sin especificarse hajan de pagar el Quinto, es visto hauerle de pagar por tocar nos conforme a derecho, sino es q̃ por gracia particular de nuestros predecessores, o nos, les este hecha merced del, y assi mesmo auer de dar cuẽtas todas aquellas que particularmente no se dize en el priuilegio tengan obligacion de hauerlas de dar, y assi os encargo, y mando apremieys segun el estilo de esse officio a todas aquellas que pretendieren ser exemptas de no dar cuenta a que les den, y que lo que nos tocare por el Quinto se ha cobrado.*

Respondetur dominum Regẽ præsupposuisse, iuxta jus, sibi debitum esse Quintum ex impositionibus Vniuersitatuum, & has nõ posse ab illius solutione se eximere, nisi quod haberent gratiam particularem remissionis illius, & hoc præsupositum, non justificari ex jure: quia ex his quæ vsque adhuc scripsimus remanet probatum, ex jure patrio non deberi Quintum domino Regi, & infra docebitur, nec ex iuris communi dispositione illud esse debitum, qua propter dicta Regia epistola nihil potest in fauorem fisci in hac prætentione importare, nisi probato, & justificato, quod de jure debeatur Quintum domino Regi.

Et quod aliqui in fauorem fisci dixerunt, dictam Regiam epistolam

lam vim legis habere *l.1.de Constitutionibus Principum,§.quod Principi, Instituta de iure nat.* aut saltē quod deseruit pro interpretatione priuilegiorum concessorum, cum ad Regem pertineat interpretari sua priuilegia, *l.fi.C.de leg.cap. cum venissent de inditijs*, non pōt sustineri, quia dictæ regulæ, non procedunt in Cathalonia.

Non prima, quia in Cathalonia leges non conduntur per Principem solum: sed per Principem & Curiam interuenientibus tribus brachijs, vt probatur *in Constitutione 1.tit.de vsatges Constitutions, y altres lleys, vbi optime declarat Mieres & tradunt plene Calis.in vsati. cum dominus Raymundus quinto notabili, & in extrauaganti curiarum cap.2.4.& 6.& in vsat.hæc sunt vsualia nu.3.& in Margarita fisci dub.8.vers.16.Olib.in vsat. alium namq.cap.1.n.17.& de actionibus p.1.lib.3.cap.2.nu.14.Cancer. lib.3.var.cap.3.num.68.* quod adeo verum est, vt nec dominus Rex in Cathalonia sine curijs interpretetur Constitutiones *si millorment han menester* vt probat, *Const.2.tit. de interpretatio de vsatges, & notat Marq.in vsat. iudicium in curia datum q.3.ad finem Calis.in extrauagan.curt.c.7.n.91. fuse Olib. ad vsat. Alium namq.cap.1.n.19.de iure fisci*, quos sequitur & bene declarat *Cancer ubi supra à nu.62.& hodie est Const.16.curiarum anni 1599.* ibi *per tant estatuhim, y ordenam que las Constitucions de Cathaluña capitols, y actes de Cort no pugan esser reuocades, alterades, ni suspesas, sino en Corts generals, y que si lo contrari sera fet que no tinga forsa, ni valor.*

Non secunda, quoniam quidquid sit de jure communi in Cathalonia, est indubitatum, non licere Principi interpretari sua priuilegia, sine causæ cognitione, estque ratio diuersitatis, quia iure cōmuni Princeps, vt potest sine causa reuocare sua priuilegia, vt *post Bald.notat Felin.in cap. quæ in Ecclesiarum nu.51.de Constit.* multo magis poterit priuilegia ad libitū interpretari, quia qui potest actū in totum tollere potest illum qualificare *Surd.post alios cons.194.nu. 6.li.2.* de jure vero Cathaloniæ cū Princeps non possit ad libitum reuocare priuilegia, vt notant practici relati per *Cance.d.c.3.n.152.* nec potest illa interpretari, quia licet tamquam administrator justitiæ possit etiam in sui fauorem dominus Rex sua priuilegia interpretari, id intelligendum est cum causa cognitione, nam sine ea, id facere nequit, cum alioquin fieret facile fraus, vt notat idem *Cancer. dict. capit. 3. num. 77.* dispositiones siquidem omnium Constitutionum, & gratiæ priuilegiorū cōcessæ pēderet à mera Principis voluntate, quod quam absurdum sit ex se patet, quod & de jure cōmuni, si id ei licet pro absurdo reputarunt aliqui, vt ex multis notat *Thom.Gram.deci.105.post principium & n.10.* vbi inquit, & sic, si staretur dicto Principis, esset in eius potestate priuare, quem maluerit suo iure, & sine causæ cognitione, imo absq. causa ex sola eius assertione, quod quidem satis absonum esse apparet, hæc *Gram. & probat Roland.à Val.qui plures refert cons.1.n.59.cum duobus sequētibus vol.2.*

Nec oberet si pro parte fisci replicatur, quod dn̄s Rex causa cognita interpretando sua priuilegia in diuersis causis inter fiscum suū, & aliquas Vniuersitates Cathaloniæ cum diuersis sententijs, quæ tran-

transierunt in judicatum, declarauit, Quintum suarum impositionũ per Vniuersitates de iure sibi deberi, & ab illius solutione minime Vniuersitates liberari, nisi constito de gratia particulari remissionis Quinti. Quia respondetur, quod dictæ sententię tamquam inter alios latæ non possunt pręiudicare ciuitati Barcino. quæ est tertius, qui non interuenit in instãtijs, in quibus dictæ sententię latæ fuerunt, vt abundè probat *Vincen. Carrof. de excep. aduers. præiudicia. senten. excep. 123.* Sistamus in his paulisper, quia audiuimus fisci defensores in fauorem illius prætentionis duo ex dictis sententijs deducere. Primum quod ex quo fuerũt latæ, cum legitimo contradictore absq. vlla collusione nosceant ciuitati Barcinonæ, & alijs Vniuersitatibus circa dictum articulum Quinti: Secundum quod saltem si non faciunt ius est inducta per eos consuetudo, ita judicandi, quæ ius inducit.

Pro primo allegatur *decis. Guido. Pap. 549. & Iacob. Cance. lib. 3. var. cap. 17. n. 193.*

Pro secundo allegatur, *glos. verb. inueterata, l. de quibus ff. de legib. & potest allegari decis. Barti. 98. n. 9. cum seqq.*

Pro istius obiectionis solutione, & prædictorum declaratione dicimus. *Guido. Pap. d. decis. 549.* expresse affirmasse, quod sententia lata pro solutione Pedagij contra vnum ex mercatoribus facit jus quoad omnes, per locum in quo pedagium debetur per transeuntes, ex quo fuit lata respectu popularis actionis, & *Iaco. Cance. d. cap. 17. n. 193. relato Guido. Papa*, idem probauit, allegans *August. Beroium cons. 137. nu. 23. cum multis sequentibus vol. 3. & generaliter Vincen. Carrof. d. exceptione 123. nume. 37.* tenuit quod vbi plures sunt personę, quibus competit jus insolidũ, sententia contra vnam lata noscet alijs & præjudicat pro vt in popularibus actionibus, quæ cuilibet de populo competunt allegat *leg. 3. ff. de populi actio. l. eum qui §. in popularibus, ff. de iure iurando glos. in l. 2. C. quibus res iudicata, non nocet Alex. in l. sæpe n. 33. de re iudicata.*

Fundamentũ sentẽtiæ, & Theoricæ adductæ per Guid. Pap. & approbaræ per Cancerium fundatur in eo, quod sententia est lata respectu popularis actionis, & licet Guid. Papæ sententia non sit ita recepta, quod à pluribus non impugnetur, dicimus ad casum nostrum (etiam si esset verissima) non posse aplicari, ex quo non potest dici dictas sententias latas fuisse respectu popularis actionis, nam tunc versamur in populari actione quando aliquis, vt quilibet de populo agit, jus publicum personaliter defendendo, vt notat *Barto. in l. inui. §. in popularibus ff. de procurat. nu. 1.* vbi notat modum agendi in popularibus actionibus, vt dicatur in libello talis tanquam quilibet de populo *Beros. consi. 137. nu. 25. lib. 3. & nouissime Ioannes Ancar. quæst. famil. lib. 3. cap. 27. nu. 5.* & ratio est, quia in actionibus popularibus quilibet de populo censetur prucurator reipublicæ, vt notat *Alex. in d. l. sæpe n. 33 vers. Aliã fallens, ff. de re iudica.* & ideo nihil minus si in libello nomen sui principalis exprimere teneatur.

Quapropter recurrendi sũt processus in quibus latæ sunt prædictæ sentẽtiæ, quia in illis patet, quod nulla vniuersitas intentauit actionem popularem, vt vniuersitas Cathaloniæ, nec accepit vt talis, sed tantum vt vniuersitas particu-

ticularis ius suum defendendo, prætendens non debere Quintum, seu partem aliquam domino Regi ex impositionibus, quæ indicuntur per vniuersitates ex Regia licentia.

Et sic nulla sententia in dictis causis lata potest dici facta super populari actione, ita in terminis *Bero. dict. consil.* 137. *numero* 25. *& Fusius Ancarra. dict capit.* 27. *numero* 4. vbi ita scripsit, namque non videtur esse iuri conforme, quod vbi agitur de non soluenda gabella, actio dicatur semper popularis, provt ipse firmare videtur: namque quando gabellarius, siue exactor agit contra aliquem nolentem soluere datium, & opponitur ex aduerso, quod datiũ, siue gabella non debetur ex tali contractu, & ita petitur declarari, & super hoc fuerit pronuntiatum vt hic, non dicitur principaliter tractari de causa populari seu publica, sed de causa priuata pertinente ad eum qui grauatus est, & condẽpnatus; exactor enim non grauabit rẽpublicã, nec dixit rẽpublicã, esse debitricem: sed dumtaxat priuatum, & illum condempnari fecit, nec priuatus, qui fuerat condempnatus, in eius exceptionibus, non opposuit aliquid ratione publicæ vtilitatis, nec quod datium siue gabella noceret publicæ vtilitati, & in actione populari desideratur, quod agatur de eo, quod fiat contra vtilitatem publicam, & sic opus est, quod vtilitas sit in communi: quoniam aliter non diceretur publica vtilitas vt asserit *Bart. in l.* 1. *num.* 26. *ff. sol. mat.* vbi dicit quod vtilitas poblica dicitur, quæ suam vtilitatem in cõmuni affert, & non imparticulari, vt est illud, quod habet camera fiscalis, *l. vtilitas C. de priuil. pri. lib.* 10. Actenus Ancar.

Ex cuius verbis etiam resultat quod non sufficeret, quod vniuersitates, quæ subcumbuerũt in causis prædictis se defendissent vt vniuersitates Cathaloniæ, & non vt priuatæ vniuersitates: quia adhuc erat necessariũ, quod illarũ actio seu exceptio essent propositæ ad publicam vtilitatem, vt declarat, *idẽ Ancar. d. c.* 27. *n.* 11. Ibi quia debet intelligi quando fuisset appositum vel allegatum gabellã nõ deberi ad publicam vtilitatem, quoniam ex quo apparet, quod eius intentio respicit publicam vtilitatem: Namq. sententia lata contra vnum, quando tractatur de iure recipiente publicum interesse, facit jus quo ad alios, vt pulcre censuit *But. in cap. quamuis versic.* 5. *ex sententia de re judicata; & Ancar. idem probat Beroi. d. consil.* 137. *num.* 27. vbi ait quod ad hoc vt actio per quam contra exactorẽ vectigalis agitur dicatur esse popularis debet prætendi, illi jus simpliciter non competere exigendi vectigal à mercatoribus euntibus, & transeuntibus per viam, & iter publicum: ob quod sic concludit, ex quo expresse constat mercatores egisse vt ipsis liceret libere sine solutione alicujus gabellæ ire vel merces suas ducere, propterea nõ sumus in terminis præfatorum doctorum dicentium populari actione, quem agere posse contra exactores datij jus sibi competere libere eundi, & merces ducendi, seu extrahendi, & consequenter in casu nostro non popularis, sed priuata actio fuit intentata, quæ non facit jus quoad omnes. hæc Berojus.

Et in istis terminis loquitur

C Gui-

Guid. Pap. & sic illius decisio neutiquam officit intentioni Ciuitatis, cum loquatur de solutione pedagij seu vectigalis impositi transeuntibus per viam publicam; asserere siquidem, quod talis gabella non debetur, neque potest exigi, pertinet ad actionem popularem, eo quod per illam gabellã impediuntur mercatores liberè & absque solutione gabellã transire per vias publicas pro vt de jure eis licet, quod est proprium actionis popularis, vt notat *Speculator de causa possessionis, & proprietatis, §. 2. de interdictis publicis num. 14.* vt patet ex verbis *Guidonis Pap. dicta decis. 549. ante finem, ibi sed prohibere, quod non exigatur vectigal, est tueri ius publicum, in hoc videlicet quod quis liberè ire possit, & sibi liceat per viam publicã, quod contrariatur exactioni pedagij, seu vectigalis, qua mediante quis impeditur ire liberè per viã publicam, cum ire liberè sit, quod sit sine aliqua contradictione, vt dicit glos. in l. reprehendẽda, C. de institu. & substitu. sub conditione factis.* hæc Guido Papa.

Suadentur prædicta, quia prætẽtio, quæ gabella aliqua non debeatur, non pertinet ad actionem popularem, nisi quatenus aplicetur ad aliquod ex publicis interdictis puta si gabella in via publica exigeretur: nam tunc per interdictũ ne quid id loco publico competit cuibet de populo actio, ne gabella in via publica exigatur bene *speculator de causa possessionis, & proprietatis, §. 1. num. 13. & 14.* & sic illam popularem actionem de qua loquitur Guido Papa nostro casui adoptari neutiquam posse in dubium verti nequit, & consequẽter sententias latas contra aliquas vniuersitates contra alias, jus non facere.

Multo minus possunt inducere consuetudinem iudicandi *licet enim glos. in d. l. de quibus & Barc. d. decis. 98. nu. 9.* ex alijs dixerint sententijs induci consuetudinem inde iudicandi, & subdant ex glossã *in l. nemo iudex C. de sententijs, & inter locu. omniũ iudicum,* quod licet non sit exemplis judicandũ hoc fallere, vbi multæ essent sententiæ, quæ consuetudinem inducerent dicentes, eo casu, non dici sequi sententias, sed consuetudinem sic judicandi, nam quidquid sit de jure communi, esto dictæ sententiæ essent supremi Senatus, & transactæ in judicatum, & essent innumeræ, non ex eis induceretur consuetudo sic judicandi; nam si daremus consuetudinem inductam necessario esset fatendum, posse dominum Regem per indirectum per se, & absque Curia legem condere in Cathalonia, quod ei non licere jam supra probauimus.

Confirmantur hæc ex his quæ post Calicium tradit *Iacobus Cancer lib. 3. var. cap. 3. num. 47.* quod in Cathalonia non permittitur in sententijs aliquid diffinire generaliter ne per indirectum liceat domino Regi legem condere absque Curia, ad quem confert, quod tradit *Peregrinus de fidei commis. artic. 43. n. 84. ante finẽ,* vbi declarando Doctores, qui dixerunt credi Principi attestanti de consuetudine in aliquo priuilegio maximè antiquitate roborato ait, intelligi vbi Rex potuisset inducere consuetudinem pro lege alias secus, declarando sic Aratinum male ab alijs intellectum *cons. 162. nu. 10. vers. venio ad tertium.*

Vt

Vltimo in omni casu solum dictæ sententiæ possunt præiudicare illis Vniuersitatibus, quæ post earum prolationem obtinebunt simpliciter priuilegium impositionũ non vero illis Vniuersitatib. quia tempore dictarum sententiarum, & multo ante iam habebant priuilegia impositionum argumẽto eorũ, quæ ex mẽte Senatus, & doctorũ docuit *Canc.d.c.17.n.195.cũ duobus seqq.* vbi dicit, quod si impetretur priuilegiũ, vt inposterum nulli possint in vrbe exercere artẽ notariatus, nisi habeant certam qualitatẽ, q non intelliguntur prohibiti per priuilegium, qui tẽpore illius, jam exercebant in vrbe artem notariatus, & consequẽter in vim sententiæ pro obseruando priuilegio obtentæ non dari jus exequutiuũ contra eos, qui non fuerunt in causa citati, & de tempore sententiæ jã erant notarij, & hæc quo ad jus municipale, vt ex eo nõ remaneat justificata prætentio fisci, quo ad prætentionem Quinti.

Deniq. quod attinet ad ius cõmune, quod ex eo habeat fiscus intentionẽ fundatam, allegat in terminis authoritatem *Calli. in Margarita fisci dict. dub.6. cas. 196. n.48 & Iaco. Canc. var. lib.3. c.3. n. 442. & 443.* qui id in fisci fauorem affirmant.

Hæc sunt verba Callisij, quia de vectigalibus cõcedendis reipublicæ Ciuitatũ atq. ordinũ habet fiscus duas partes, & tertia datur Ciuitatib. & municipibus, & ordinib. pro eorum necessitatibus, *vt l. fin. C. de vectigalibus & commissis.*

Hęc autem quę sequuntur sunt verba Cancerij consului affirmatiue etenim dictum Quintũ de consuetudine soluitur in Cathalonia loco illarum duarum partium ex tribus, quas princeps ex impositionibus per eum concessis de iure communi habet iuxta *l. fin. C. de vectigalib. & cõmis.* vt notat *Calic. d. dub.6. nu.48.* vnde fit inquit *Cancerius*, vt dictum Quintum non soluatur pro licentia, quam dominus Rex dat imponendi impositiones, & cisas, sed soluitur, quia de iure communi ex impositionibus per Principẽ cõcessis duæ partes sunt domini Regi, & tertia vniuersitatis, & de cõsuetudine Cathaloniæ Quinta pars est domini Regis, & quatuor restantes deseruiunt pro publicis oneribus Vniuersitatum, vnde nihil ad rem, quod soluatur Regi peccunia pro licentia imponendi dictas cisas, & vectigalia, quia est in manu Regis concedere vel denegare dictas impositiones gratis, vel peccunia, & sic peccunia soluta pro licentia nihil cõmune habet cum Quinto, & ex ipsis impositionibus, vt de iure communi duæ partes sunt Regis, & tertia vniuersitatum sic in Cathalonia ex consuetudine processa ex munificentia regia Quinta pars impositionum est sua & quatuor Vniuersitatum Actenus Cancer.

Ex his patet Calis. & Iacobum Cancerium, vt affirmarent Quintum deberi domino Regi ex impositionibus Ciuitatum motos fuisse ex dispositis *in l. fi. C. de vectiga. & commis.* persuadentibus sibi Imperatores Theodosium, & Valentinum, qui in illa l. rescripserũt ex vectigalibus duas portiones illorum ærario conferri priscam institutionem disposuisse, tertiam vero Vniuersitatibus assignari, loquutos fuisse de vectigalibus impositis per Vniuersitates ex regia licencia, quod si ita foret est certum rectè censuisse Cancerium, & Calicium, verũ errore manifesto

fuerunt lapsi, quia dicta *l. fin.* loquitur non de vectigalibus prædictis impositis per Vniuersitates ex Regia licencia, sed de vectigalibus ipsius Principis, & quæ sunt de fiscali illius patrimonio.

Vnde si probauimus dictam *l. fin.* non loqui de vectigalibus Vniuersitatum, sed de alijs proprijs ipsius Principis, resultabit non attendendos esse auctoritates Calicij, & Cancerij cum regula sit, dictum Doctoris intelligendum esse, secundum legem, quam allegat, & cum in fauorem fisci, alia lex iuris communis non legetur, etiam remanebit probatum, non reperiri in iure communi legem, per quã fiscus possit dicere sibi deberi Quintum, vel aliam partem impositionum Vniuersitatum.

Vt facilius dicernatur de quibus vectigalibus loquitur, *d. l. fin.* hæc sunt verba textus. *Exceptis ijs vectigalibus, quæ ad sacrum patrimonium nostrum quocunq. tempore peruenerunt: cætera reipublicæ, Ciuitatum atq. ordinum æstimatis dispendijs, quæ pro publicis necessitatibus tolerare nõ desinunt, reseruẽtur: cũ duas portiones ærario nostro conferri prisca institutio dispojuerat, atq. hanc tertiam iubemus adeo inditione vrbium municipumq. consistere, vt proprij compendij curam non in alieno potius, quam in suo arbitrio nouerint constitutã. Designatè igitur consortium portionis, eatenus iuri ordinum Ciuitatumq. obnoxium maneat, vt etiam locandi, quanti sua interest, licentiam sibi nouerint contributam*, actenus Imperatores.

In dicto tit. de Vectigalibus, & commissis tractatur de vectigalibus, quæ imponuntur per Principem ad vtilitatẽ, & necessitatem Imperij (de quibus iuxta tempus Imperatorum, qui plura scire cupiat adeat Iulium Cæsarem Bulãgerium de Imperatore, & Imperio Romano *Tomo 2. lib. 9. vbi per 97. Capitula in materia discurrit*) & in *l. 10. dict. tit.* incipiens vectigalia, agitur de vectigalibus Vniuersitatum, quæ scilicet imposita sunt per vniuersitates ex regia cõcessione vbi apertè docet Angelus, quod potentia exigendi per Principem cõcessa Ciuitatibus est perpetua, & dicit nota pro nobilibus habentibus castra cum mero, & mixto imperio, & potestate exigendi pedagia, & gabellas, nam illa potestas ex quo per Principẽ est concessa est perpetua.

In dicta vero *l. finali in principio*, loquitur de vectigalibus Principi reseruatis, quæ Prouinciales Principi soluunt ocasione prædiorũm, quæ ab eo habent, & sic de vectigalibus, quæ sunt de eius sacro patrimonio. Deinde tractat de alijs vectigalibus, quæ non sunt de sacro patrimonio Principis, & de his statutum est duas partes esse Paincipis, & tertiam vniuersitatum.

Ita intelligit dictam *l fin. Lucas de Penna in l. 3. post nu. 2. C. de diuersis prædijs lib. 11.* vbi scripsit, & nota quod in dicta l. fin, supra de vectigalibus imperator solũ excipit vectigal, quod sibi debent prouinciales, vel ciues occasione aliquorum prædiorum, quæ sunt de patrimonio suo. Cætera vero dispendia, & onera, quæ Ciuitates ipsæ, vel ordines fisco soluunt diuidenda sunt; & duæ partes ad fiscale ærarium sunt destinandæ reliqua tertia debet in ipsis Ciuitatibus remanere: clarè etiã hoc tradit *Angel. in l. ex præstatione, C. de vectiga.* vbi sic loquitur; nomine vectigalis octaua portio rerum, quæ

deferuntur

deferuntur soluenda est,absq. exceptione personarum,& ista octaua diuiditur in tres partes quarum duas debet habere fiscus tertiã debet habere ordo Ciuitatis in qua vectigalia exiguntur, & illa tertia necessitatibus Ciuitatis seruire debet,vt in *l.fin.* infra eodem, & hoc habet locum in vectigalibus fisco debitis:ea vero,quæ sunt per sonæ Principis reseruata, & sic ad sacrum eius patrimoniũ pertinent nullatenus diuiduntur, sed integraliter pertinent ad Cæsarem, vt *d.l fin.Hæc Angel.*ecce qualiter, *d.l.fin.*in posteriori eius parte loquitur de vectigalibus,quæ Vniuersitates soluunt fisco, & consequenter non loquitur de impositionibus,quæ exhiguntur per vniuersitates ex regia licentia, cum hæc non soluantur domino Regi. Qui nimo eas vniuersitates recipiant, & in suas necessitates,& vsus conuertant pro vt eis domino Rege in priuilegijs concessum est. Probat etiam hoc bene *Bart.*licet sub obscura loquatur in *d.l.fin.*his verbis nota quod vectigal publicũ potest locari à Ciuitatibus, quod satis est notabile, ex hac *Bart.* conclusione apertissime colligitur *d.l.fin.*non loqui de vectigalibus indictis à Ciuitatibus ex regia licentia,tum quia *Bart.*sumat dictam legem quod loquatur de vectigali publico;publicum autem vectigal est vectigal, quod fiscus capit, aut aliquis ex Principis largitione ad tempus percipit,secus si concessio esset perpetua, vt bene declarat *Rebuff.in l.inter publica 17. de verbo.significatione verbo publica vectigalia,& in verbo vectigal portus.* Quo circa clare colligitur non loqui de vectigalibus indictis per vniuersitates ex regia licentia; idẽ etiam colligitur ex eo quod idem *Bart.*inibi dicit notabile,quod Ciuitates possent locare dicta vectigalia,nam si loqueretur *l.de vectigalib.* quæ imponunt vniuersitates ex regia licentia non teneretur, quod mirari *Bart.*quod ea possent vniuersitates locare,& huc pertinent,quæ tradunt *Gregor.Lopes p. 5. tit.7.l.4 glos.2. Camil.Borrel.de Catholici Regis præstantia cap. 11. num. 27.*Idem tenet *Ioan.Sicardus in rubr.de vectigal.& commis.n.7.* vbi hæc scripsit vectigalium autẽ nomine regulariter soluitur octaua pars,eius quod vehitur, cuius octauæ duæ partes pertinẽt ad fiscum Imperatoris; tertia autẽ pars ad fiscum,vel republicam eius loci,vbi exigitur, *l.ex prestatione, l. fi. & ibi glos in verbo ærario infra eodem*, quod *Albericus de Rosate* videndo Cæsarem Romanum dicit esse verum,nisi Imperium vacaret.quasi dicat, nisi essent stulti Imparatores; & quia tertia pars illius octauæ vi legis ad quamlibet Ciuitatem pertinet;Ideo *Bal.in d.l.fin.* dicit magnas Ciuitates posse facere statutum. Et soluatur tertia octauæ sine auctoritate Imperatoris,quia *l.*antea permitit hæc Sicardus.

Eodem modo intellexit *d.l fin. Iacob.Cuja.in repetitione tituli, C. de vectiga.in rubrica,*dum ait quin etiam ex *l.vlti.*hic omnia vectigalia exceptis illis, quæ ad rem propriam priuatamq principis pertinent,communicantur inter fiscũ, & Ciuitates,ita scilicet vt fiscus habeat duas partes Ciuitates tertiã partem;itaque in locationibus vectigalium fiscus locabit publicanis pro duabus partibus, Ciuitas pro tertia parte eiusmodi locationes fiebant olim à censoribus: inde lex censoria, idest locationis, quam censor dixit locando publica

ca, *l. in le. ff. de verb. significa. Marc. Tull. de Prouincijs consularib. Plini. lib. 33. cap. 4. & ex d. l. in le.* puto certò in l. Cæsar. ff. de public. quæ est eiusdem auctoris pro Cæsar fuisse scriptum censor. Hodie huiusmodi locationes fiunt à procuratoribus fisci, vel ex l. 10. ab administratoribus rerum ad Ciuitatem pertinentium pro portionib. cuilibet competentibus fiunt sub hasta, & ei collocãtur, qui plus obtulerit *l. 4. hoc ipso tit. l. locatio in princip. ff. de public* olim fiebant in quinquenniũ, nam & censura erat quinquennalis, *Varro lib. 4. de lingua lat. l. 4. §. cum quinquennium, ff. de iure fisci.* Hodie fiunt in triennium, *ex d. l. 4. C. hoc tit.* post triennium rursus fit licitatio, & mutantur publicani conductores vectigalium appellantur publicani, & telones à publico, *l. fideicomiss. §. interdic. de leg. 3. l. 1. §. 1. l. 12. in fine de publican*, hactenus Iacobus Cuia.

Nec ab hac sententia, & interpretatione recessit *Iul. Ferretus in tractatu de vectigal. num. 82.* dum inquit, quæsitũ quoq. fuit ad quos spectent vectigalia, & pro quibus partibus reuerenter respõsum dedit ad fiscũ regulariter pertinere duas partes, & tertiam municipibus seu Ciuitatibus, nisi forent vectigalia reseruata Principi, *l. exceptis quæ est finalis. C. de vectigal. & commiss.* hæc ille.

Et pariter censuit, *Bald. in d. l. fin. iuxta declarationem gironde de gabel. 1. p. nu. 21.* Ex his emanat vera sententia dictæ *l. fin.* & quod in ea non fuerunt loquuti Imperatores de vectigalibus vniuersitatum, sed de proprijs Principum, & sic non remanere iustificatum dictũ Calicij, quem sequutus fuit Cancerius, vt ex dispositione dictæ *l. fin.* domino Regi debeatur quinta pars impositionum vniuersitatum, quod & confirmatur, nam si pro subuentione necessitatum vniuersitatum dominus Rex de suo concedit illis tertiam partem suorum vectigalium, quomodo est verisimile, quod ex impositionibus, quæ deseruiunt pro necessitatibus vniuersitatum ex regia licẽtia velit Rex aliquam partẽ, quod enim ex dictis impositionibus acciperet, auferret necessitati vniuersitatum contra mentem, & dispositionem *d. l. fin.* per eam siquidem imperator exercet liberalitatem in Ciuitates ad subueniendas necessitates earum, & sic non possumus ex ea colligere contrarium effectũ, quod dominus Rex velit diminuere dictas impositiones proprias vniuersitatum argumento, *l. si cui, ff. de ex quibus causis maiores*, & in terminis bene considerauit. *Lucas de Penna in l. 3. ante fin. C. de diuersis prædijs lib. 11.*

Et vt nihil intactũ omittamus pro istorũ coronide est aduertendũ, ꝙ licet *l. fin.* expresse loquuta fuisset de impositionibus vniuersitatum, quod ex eis sit debita aliqua pars domino Regi, adhuc sua regia Maiestas, quo ad petitionem Quinti ciuitati Barcinone factam non haberet intentionem fundatam, & si per Constitutionem 40. curiar. anni 1599. deficientibus iuribus patriæ, & iure canonico debeat seruari ius ciuile Romanorũ.

Quia dicimus dictam Constit. 40. tanquam legem non respicere præterita, cum de præteritis non fuerit facta mentio, *cap. cognos. & c. fin. de cõstitu.* & vtrobiq. Doctores, & sic solum posse respectu vniuersitatũ, quæ post eam obtinuerunt priuilegium impositionum ius facere dictam *l. fin.* vt ex ea debeant vniuersitates Quintum nisi fuerit

fuerit expresse remissum, ex quo priuilegia noua tanquam concessa, iuxta ius commune sint affecta obligatione, de qua in *d.l.fin.* non vero posse obesse vniuersitatibus, & sic ciuitati Barcinonæ, quæ antea annum 1599. habebant ius, & facultatem impositionũ, quia priuilegia earum generalia, & absq; reseruatione non poterant esse affecta dispositione *d.l.fin.* quia vsq; tunc illius dispositio tanquam iuris communis non seruabatur in Cathalonia; siquidẽ vt probat Cõstitutio Regis Iacobi in curia Barcinoñ. de anno 1251. quæ est tertia sub tit. de Vsatges vol.3. in Cathalonia deficientibus vsaticis Barcino. & cõsuetudinibus cuiuscũq; loci ius dicebatur iuxta dictamẽ naturalis rationis absq; allegatione aliqua, aut admisione legũ ciuiliũ Romanorũ, & notat *Oliba de actioni.p.1.lib.3.cap.4.nu.2.& suadetur ex Consti.*1*.tit.de legit. vol.3. quæ est de anno 1333.& ex constit.2. tit. que no se licit cessionar vol.1. quæ est de anna 1363. & expresse dixit Rex Petrus in pragmatica vni. sub tit. de Leys, Vsatges, y Constitucions in 2.vol. quæ est de ann.*1380. ibi ipsæ enim constitutiones; quæ per nos vel per prędecessores nostros de cõsensu generali dicti Principatus editæ fuerunt legibus, ac constitutionibus Romanis (quibus obseruandis, nisi, & in quantum volumus non teneremur parere) minoris auctoritatis esse non debẽt.

Nec turbet quod Calicius, & Mieres, & alij practici Antiqui allegẽt, l. Romanã in suis scriptis ad confirmationem seu argumentũ eorum, quæ tradunt, quia id per eos factum est, non quod jus commune faceret decisionẽ, sed pro commodiori intelligentia constitutionum, *vt notat Mier. colla.8.in princi.* ibi veruntamen quandoq. est opus recurrere ad glos. & ad iura communia Romana, & alia pro commodiori intellectu de obseruantia eorum: & ad alios effectus *quos reffet Sosinus in suis fallensis reg.13. super verbo l. abrrog. quæ aliàs est regula 285.* & etiam quatenus earũ ratione impellimur. Pro vt notant *Castellani in l.3.tit. 1. de l.lib.2.recopilationis*, & hæc de prima parte

AD SECVNDVM deueniẽtes dicimus, quòd quãdo dominus Rex haberet aliquod ius in Cathalonia ad quintam partem impositionum vniuersitatum, quod non creditur per ea, quæ huc vsque diximus, adhuc existimamus, quod illud non posset dominus Rex prætendere, & petere ex impositionibus ciuitatis Barcinonæ, eo quia illam serenissimi Reges Aragonũ remiscerunt dictæ Ciuitati, concedendo ei priuilegium imponendi absq. solutione Quinti. Ad quod probandum, est præsupponendum ciuitatem Barcinonæ consueuisse à tempore immemoriali imponere, & exigere vectigalia; & impositiones in ea absq. *solutione Quinti*, vel aliæ partis dominis Regibus *Aragonum Commitibus* Barcinonæ, adeo vt nunquam dictũ Quintum soluerit, neq. prætensum per dominum Regem fuerit esse soluendum vsq. ad annum 1620. quo cæperunt fieri mandata Ciuitati pro solutione dicti Quinti, in quibus tamen intellecta iustitia Ciuitatis per eam proposita domino Regi, fuit hęc vsq. supersessum.

Vectigalia autem & impositiones ciuitatis Barcinonæ sunt tam antiqua, vt non reperiatur illorũ initium, omnia priuilegia, quæ Ciuitas habet de eis loquentia præsupponunt illa fuisse iam antea im-

impoſita. Inter ea eſt vnum anti-quiſsimum circiter quadringentorum annorum ſereniſsimi Regis Alphonſi II. dat. Barcinonæ 4. Kalen. Septẽb. ann. 1286. vbi legũtur tur hęc formalia verba, *concedimus vobis probis hominibus, & toti vniuerſitati Barcinonæ quod illam ordinationem, ſiue ſiſam, quam vos ordinauiſtis facere, colligere, & recipere de omnibus victualibus, & alijs rebus venalibus, quæ venduntur in Barcinonæ feciſtis ad communem vtilitatem ipſius vniuerſitatis, videlicet ad conſtructionem murorum, & vallorum, & quod duret tantum quantum de veſtra proceſſerit volũtate, & non amplius, ſecũdũ quod debannis, & alijs ordinationibus factis per vos, & anteceſſores veſtros in Barcinona hactenus extitit conſuetum. ſcilicet quod durauerint tãtum quantum vobis, & anteceſſoribus veſtris placuit, & non vltra, & quod per hoc non fiat vobis, vel ſucceſſoribus veſtris aliquod prætuditium, nec nobis, vel noſtris aliquod ius in prædictis, vel dominium adquiratur &c.* Fuit etiam conceſſum ciuitati Barcinonæ aliud priuilegium circa dictas impoſitiones per ſereniſsimum Regem Petrum III. dat. Barcinonæ. 17. Maij 1359. vbi etiam fit mentio de impoſitionibus antiquis; ibi *E qũe puxa tenir la dita Ciutat las impoſicions, que ja ſon en dita Ciutat, e aquellas crexer, e de nouell impoſar* & ibi, *hajen a pagar en totes les dites impoſicions poſades, e poſadores.*

Eſt tertium priuilegium conceſſum eidem Ciuitati per eũdẽ ſereniſsimum Regem dat. Barcino 9. Iunij 1379. in quo etiam fit mentio impoſitionum antiquarũ ibi, *com la vniuerſitat, e los ſingulars, e habitadors de la dita Ciutat, hajan pagades per llonch tempt, e paguen vuy de totes vitualles, e daltres coſes, que deſpenguen grans, e quaix importables impoſicions &c.*

Ex iſta antiquitate tẽporis probatum manet ſine dubio priuilegium regium, quod dicit Ciuitas ſe habere imponendi, & exigendi vectigalia abſq; ſolutione Quinti, nam iſtud operatur immemorialis poſſeſsio, vt qui eam habet poſsit allegare quemcumq. titulũ legitimum à legitimoq. ſuperiore obtentum, cum omnibus ſolemnitatibus neceſſarijs, & vtilioribus, & in ſumma, ex dicta immemoriali poteſt Ciuitas allegare titulum ſufficientem pro impoſitione, & exactione vectigalium ſine ſolutione Quinti, & ille per dictã immemorialem remanet eodem mõdo probatus, ac ſi oſtenderetur ſcriptus, & in publicam formã redactus, *ex l. 1. §. fina. in fin. ff. de aqua pluuia. arcen. l. hoc iure, §. ductus aquę ff. de aqua pluuia, & ęſt. c. fin. de præſcrip. in 6. Couar. lib. 1. varia. reſolu. c. 17. num. 5. verſ. Sed ſi dubitetur, noſter Oli. in vſat. alium namq. cap. 13. n. 10. de iur. fiſ. Gaſpar Theſ. quæſt. for. cap. 27. nu. 17. lib. 2.* vbi abunde *Henri. Roſſental. de feud cap. 5. concl. 16. nu. 7. & cap. 9. concl. 97. n. 37. latiſsimi Hierony. Gon. in reg. 8. Cancell. gloſ. 33. num. 4.*

Quæ nedum procedũt in immemoriali, ſed etiam in centenaria, quæ licet in aliquibus differat ab immemoriali, verũ quo ad inducendam præſumptionem veri & legitimi tituli, conueniunt ſine dubio, & parificantur, & idem proculdubio operatur adeo vt tempore centum annorum præſcribatur omne ius etiam in præſcriptibile, & cui lex reſiſtit, & contra Imperium Romanum, & Eccleſiam Romanam, & contra regalia, nec de-

ſide-

ſideratur bona fides, nec ſcientia ſuperioris, nec titulus, jam enim ex ea poſſeſsione præſumitur pro vt latiſsimo calamo ſcribit, *Theſau. tot. dicta q. Forẽ. 27. lib. 2. à quo nõ eſt neceſſariũ aliquid tranſcribere. cum iſtud ibi facile videri poſit, Pereg. conſ. 69. n. 11. lib. 4. Triuiſan. deci. 55. n. 75. Maſtri. deci. 114. n. 46. Caſti. deci. 12. n. 37. Faber in ſuo C. lib. 7. tit. 13. de præſcrip. diff. 2. D. Garc. Maſtril. de magiſtra. lib. 1. c. 19. ex n. 7. cum ſeq.* vbi & hoc amplius, quod hic tẽporis curſus inducit præſumptionem iuris, & de iure pro titulo, & conceſsione priuilegij, quæ nõ admittit probationem in contrariũ, & alia plura in propoſito vidẽda *idẽ Maſtril. ibidem c. 16. nu. 26.* vbi quod regalia poſsidens ex longo vſu, & à tẽpore immemoriabili, videtur ex titulo poſsidere, *Amade. de Ponte in tit. qui feud. dar. poſ. n. 153.*

Neq. obſtat ſi dicatur hæc eſſe regalia jura, quæ ſunt in præſcriptibilia, *iuxta vſati hoc quod iuris eſt ſanctorum de præſc. latiſsime Olib. in vſati alium namque cap. 6. ex n. 26. cum ſequen.*

Quia reſpondemus nullibi reperiri, quod hæc ſint de regalib. in præſcriptibilib. dñi Regis, patet, quia ſunt conceſibilia priuilegio, non enim poteſt negari, quod ſi dñus Rex vult remittere Quintum, & concedere facultatem imponendi ſine eo pro vt pluries fecit, licet ei vtiq. valet autem conſequentia, eſt conceſsibile priuilegio, ergo eſt pręſcriptibile, & ſicut priuilegio quæri poteſt, ſic præſcriptione, & tẽporis curſu *Gutier. pract. lib. 3. q. 14. n. 47. Socar. in c. ſi autem n. 5. de feud. & poteſta. Oſaſ. deciſ. 29. n. 7. Pereg. de iur. fiſc. tit. 2. n. 61. Oldrad. conſ. 172. Farina deciſ. 221. n. 2. tom. 1. in recentiorib. Maſtril. vbi ſupra nu. 14. & 17.* vbi quod præſcriptio, conſuetudo, & priuilegium pari paſſu ambulant, & quod per vnum acquiri poteſt, per alterum conceditur, & magis in terminis iſtud optimè declarat *Olib. in citato vſat. alium namq. c. 6. & n. 26. de iure fiſ.* vbi facit imprimis regulam generalem cõmuniter receptã, vt regalia præſcribantur, & præſcriptione acquirantur poſſeſsione, & vſu tanti temporis cuius incõtrarium, non extat hominum memoria, quia huius immemorialis præſcriptionis magna eſt vis, magna authoritas, ſolum excipiunt vt poſtea declarat *nu. 28. & ſeqq.* quæ non ſunt conceſsibilia, ſed ita hærent Regi, vt ab eius perſona ſeparari non valeant, *& ibi etiam declarat n. 36.* in quibus regalijs procedit allegatus Vſaticus hoc quod juris eſt ſanctorum, dicens quod ſolũ in illis regalijs ſupremis, quę non poſſunt à perſona regis ſeparari, non in iſtis quæ continuo conceduntur vt diximus, & quod in his intrat conſuetudo, id eſt quantum per conſuetudinem quã per priuilegium poſsit, quis fieri, & ſit reuera immunis à ſolutiõẽ vectigalium, & jurium regiorum, diſponit in terminis *Cõſti. 4. tit. de vectigals,* his breuibus verbis *Los Ciutedans, e altres qui de peatge, lleudã, manſuratge, e de pes no donadors han priuilegi vſat, o poſſeſſio antiga de totas las coſas promeſas, o alguna ſemblantment ne ſiẽn immunes.*

Sed quid in his immoramur, ſi habemus cõſuetudine acquiri poſſe ius exigendi vectigalia, & imponẽdi ea, *l. ſi. & ibi Bar. C. noua vectiga. noſter Mier. in 2. p. colla. 6. c. 28. n. 14. p. 48. cum adductis per Deſpujol in reperto. ad Mier. verb. vectigalia,* quod multis ſententijs in hoc Principatu per miniſtros regios latis poteſt comprobari, quibus fuit declaratum vniuerſitates potuiſſe imponere vectigalia, & illa exigere etiam ſi non habeant priuilegium, dum probẽt conſuetudinem imponẽdi. Si in hoc, quod eſt magis, quia nõ poteſt negari eſſe maximã Regis regaliam concedere ius

D impo-

imponẽdi, et exigẽdi vectigalia, intrat consuetudo, quãto magis intrabit ad acquirendã exẽptionem, & immunitatem, ac libertatẽ, quod est minus? & tradit in terminis *Mie. vbi sup. n. 19.* vbi quod consuetudo excusat a vectigali non soluendo, latissime de vnoquoq. articulo, nempe tam de cõsuetudine imponendi, & exigendi, quã de consuetudine libertatis non soluendi, scribit *Henric. Rosse ntal. de feu. c. 5. de regal. conc. 45. & 46.* ex quibus nihil magis in iure tritũ apparet.

Quanto magis, quod Ciuitas in hoc articulo non tractat de præscriptionẽ quasi prætendat per eã acquisiuisse exemptionẽ, & immunitatẽ soluẽdi Quintum, hoc enim erit aliud fundamentum justitiæ Ciuitatis, quod mox proponetur, sed agit de titulo dictæ exemptionis sibi concesso per S. Reges Aragonũ, quem dicit probatũ, tã ex possessione immemoriali, quã centenaria, quæ doctrina etiam habet locum in aliàs inpræscriptibilib. ea ratione, quia prohibita præscriptione non censetur prohibita ea, quæ est immemorialis vel cẽtũ annor. prouelate docet *Thes in citata q. Foren. 27. lib. 2. cum alijs ibi adductis.*

Et seu alia ratione, quia bene potest esse quod aliquid sit impræscriptibile, & tñ sit priuilegio concessibile, & sic quamuis hic nõ posset operari tẽporis cursus ad præscribẽdũ posset tñ ad inducendum præsumptionẽ, & probationem legitimi tituli vt declarat optimè *Olib. in vsa. aliũ nãq. c. 6. ex n. 35. Pe. Barb. in l. omnes ex n. 39. & in l. comperit n. 24. C. de præscrip. 30 vel 40. anno.*

Id quod etiã declarauit obseruantia subsecuta, quæ est optima legum, Priuilegiorũ, & quarumcunq. cõcessionũ interpres, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* ad late tradita per *Iose. Ludoui. in suis cõmuni. conclus. cõc. 38. per totam*, & alibi pasim apud DD. quia vidimus, quod Sere. Reges Aragonum diuersis tẽporibus concesserunt ciui. Barcino. priuilegia impositionum, & nunquam tractarunt de Quinto, nec illud sibi reseruarunt, nec illud soluendum Ciuitati injũserunt, imò tam amplas cõcessiones ei fecerunt, vt demõstrauerint clarè nõ fuisse intẽtionis eorũ quidquã in dictis impositionib. prætẽdere, imò si ꝙ eis cõpetisset voluisse remittere.

Istud argumentũ est fortissimum in hac materia, quia cũ ista priuilegia obseruata semper sint per ciu. Barc. à tẽpore immemoriali sine aliqua respõtione dñ̃o Regi facta, credẽdũ est quod ita disponebãt priuilegia, quod ita inter partes fuerat cõuentũ, quod nihil dñ̃o Regi pãderetur, quã immunis, & exẽpta Ciuitas ab huiusmodi onere esset optime in immunitate, ista *Iaã. Bologñ. cons. 1. n. 133. cũ seq.* ex obseruãda subsequuta declaratur absq. dubio priuilegiũ ambiguũ, *Ludoui. d. cõc. 38. allatio. 13.* & est regina interpretationũ, & declarationũ adeò vt quod est obseruatũ intelligatur scriptũ in priuilegio, *vt ex plurib. cumulatis per Fonta. in 2. de pact. nup. clau. 6. glo u. 3, p. 2. ex n. 24. cũ seq.* appareť cũq. sẽper obseruatũ sit, quod Ciuitas imposuerit, & exegerit sine Rege in vim suorũ priuilegiorum dicẽdũ est, perinde priuilegia habẽda, ac si scriptũ in eis legeretur, quod sine responsione aliqua Ciuitas imponeret, & exigeret.

Imprimis habet Ciuitas illud antiquissimũ priuilegiũ S. R. Alphõsi 2. dat. Bar. 4. Kalẽ. April. 1286. cuius supra meminimus, in quo posita immediate post alia sup. relata legũtur hęc verba; *Promitimus etiã per nos, & successores nostros ꝙ in prædictã collectã sine cisa nihil tangemus, vel accipiemus, nec tangi vel accipi ab aliqua persona facimus, vel permittimus, imò volumus & cõcedimus vobis quod vos circa prædictã cisam, & collectionem eiusdem ordinetis omnia, & singula, quæ vobis videbuntur vtilia.*

Id quod non solum iste serenis-

nissimus Rex promisit in isto priuilegio, sed etiam sereniss. Rex Petrus 3. in alio dat. Barci. 18. Decē. 1366. in quo post reuocationē factam de quibusdā emparis factis impositionib. promisit, *quod deinde pro aliquo casu seu necessitate quacunq. non faceret, nec fieri faceret aliquam emparam impositionib. vel iuribus supradictis neq.* (inquit) *in eisdem tangemus, nec tangi per aliquē vel aliquos faciemus, cōcedentes vobis* (inquit) *quod non obstantibus dictis emparis positis deinceps libere, & impune ipsas, & ipsa imponere, & colligere, & leuare sine obstaculo, & impedimento nostro, & nostrorum officilialium quorūcūq.*

Idem sereniss. Rex Petrus 3. cū alio priuilegio dat. Cæsar. 4. Mart. 1357. & cū alio dat. in ciu. Barc. 17 Maij 1359. ꝑpter plura seruitia à ciui. Barci. recepta, quæ ibi recensentur ampliauit concessionē impositionum ciui. Barci. aliàs factā, cōcedēdo *Eidē quod posset tenere, & colligere impositiones impositas, & illas crecere, & diminuere, & de nouo imponere prout sibi esset beneuisum, ad hoc quod non possent vllo tempore per dñm Regem nec per eius officiales peti, demandari, seu cōueniri, requiri, citari, aut vocari ad reddendum competum de prædictis, aut ipsorum occasione, inquisitio fieri, quæstio, vel demanda in iuditio siue extra, nec possēt de eis nec Rex. nec eius officiales se intromittere aliquo modo vel ratione, tāquā de re* (inquit) *de qua intromittere non debemus, nec possumus* (in hoc vltimo cōcordat hoc priuilegiū cum illa Regia sentētia supra in priuilegio relata in causa grauaminum lata per eundem S.R. Petrum 3. in qua dixerat sicut, Hic *quod nullum habebat interesse impositionib. nec eius intererat si recipiebantur, vel nō, & alia similia*) *nec aliquod impedimētum vel obstaculū directè, vel indirectè apponere in præmissis.* Et cū hoc etiam quod dñs Rex & Regina, & Filij sui, ac tota domus sua tenerentur ad solutionem dictarum impositionū sicut cæteri, prout in dictis regijs priuilegijs habetur abundantissime.

Et quamuis in istis priuilegijs, quæ augent facultatem imponendi non ad sit specifice illa promissio, quæ in prioribus, quod Rex nō tanget nec accipiet aliquid ex impositionibus, nec tangi aut accipi faciet nec permittet, verum id sine dubio tacite repetitum cēsetur ꝑ *tex. in l. etiā de iure dot. vbi Bal. in sumario*, dicet quod dispositū in principali, in augmento intelligitur tacite repetitum *Cæs. Barz. decis. Bono. 108. n. 14. adde Lud. Roma. in cons. 345. a n. 18. vbi plurib. a se propositis exēplis latissime probat*, legē nouam aliquid addentem veteri intelligi, ac interpretari secūdū veterē, & secūdū quod in veteri aucta, & extensa cōtinebatur, *sequitur Mastri. dec. 112. n. 34. omniū clarius Illust. Cardi. Manti. dec. 94. n. 3* vbi in terminis probat latissime priuilegiū, quod aliud interpretatur, & extendit intelligi secundum qualitatem alterius.

Idem S.R. Petrus 3. cū alio priuilegio dat. Barci. 9. Iun. 1378. Promisit etiā eidē Ciuitati, quod ipse, & tota sua domus soluerent impositiones sicut cæteri.

Sereniss. R. Ferdinandus 2. cū alio priuilegio dat. in villa de Almaçan 26. Maij 1496. confitetur, *quod ipse, & sui prædecessores soluerunt impositiones Ciuitatis, & Ciuitas erat in possessione eas recipienti ideo præcepit, quod sui officiales eas in futurum soluerent.*

Vltra dictas liberalitates quas erga ciuitatē Barcinonæ pro suis impositionibus exercuerunt sere

 nissi-

nissimi Reges Aragonum ad est, & aliud priuilegium supradicti sereniss. Regis Petri *3. 13.* Mart. *1369.* in quo sicut in illo quam relatum fuit anni 1366. dictus serenissimus Rex reuocauit quasdam emparas, quas fecerat impositionibus prædictis, & vlterius, *mandauit restitui totum id quod ratione dictarum emparарum, & ocupationum pro parte sua fuerat receptum promitendo, & iurãdo, ne* (inquit) *nascantur iniuriæ vnde iura nascuntur quod nunquam decętero ex dictis impositionibus, vel cisis ocupationem vel emparam, seu in eis aliquod ; quodvis impedimentum aliqualiter non faceret.*

Ex quibus apparet, cum tanta liberalitate fuisse serenissimos Reges Aragonum in his ad fauorẽ Ciuitatis locutos, ac talibus verbis vsos in concessionibus, vt manifestè deprendantur eorum intentionis fuisse, nihil penitus sibi reseruare voluisse ex impositionibus, & vectigalibus Ciuitatis.

Nec erat necessarium, quod expresse dicerent, quia sufficit, quod per verba æquipolentia, quãlia sunt, quæ continentur in priuilegijs jam dictis, id namq. expressum, & manifestum dicitur, quod ex conjecturis elicitur, *l. licet Imperator cum similib. de leg. 1. Moli. de primog. Hispan. lib. 1. c. 17. n. 15.* vbi dicit non referre quomodocunq. constat de voluntate expressa, vel tacita, & in hoc esse concordem Doctorum opinionẽ *Vinc. de Frã. decis. 612. n. 13.* vbi dicit sufficere verba æquipollentia ad declarandum disponẽtis mentem.

Hinc docent scribentes sic posse prohiberi Tribellianicam tacitè sicut expresse, & idem iudicandum fore de tacita prohibitione si ad sunt verba sufficientia, quod de expressa, vbi est videre apud supra proximè relatos, alios reffe-runt *Mantica de coniecturis vlti. vol. lib. 7. tit. 11. n. 6. Mascar. de proba. conc. 1389. & 1390. Petr. Anto. de Petra de fideicõ. q. 5. num. 190. ac Menoc. de præsump. lib. 4. præsump. 198. num.* 10.

Et in terminis, quod immunitas à solutione gabellarum, & vectigalium ad quam aliàs quis tenetur, possit concedi tacitè, & concessa censeatur per verba æquipollẽtia docet in casu singulari, *Signor. de Homode. in cons. 70.* quem refert, & sequitur *AEgid. Boss. in tract. de vectigalib. tit. vectigal soluere qui teneantur*, vbi dicunt, quod habentes priuilegium eundi, & nauigandi sine molestia, intelliguntur habere exceptionem pedagij, quia visa fuere his Doctoribus verba prædicta sufficiẽtia ad inducendũ eam remissionem, & exceptionẽ.

Et hæc resolutio est iam recepta in Cathalonia, vt non requiratur expressa remissio, sed sufficiat tacita elicita ex verbis æquipollentib. provt ita vidimus declaratum in Senatu vbi talia erant verba in regijs priuilegijs qualia ad id requiruntur.

Et signanter, in vna Syndici opidi de Figueras cum Procuratore fiscali patrimoniali ad relationem magnifi. olim Senatoris Francisci Mijauila & Franquesa, in vim priuilegij eiusdem Vniuersitatis, in quo erat per Regem facta promissio juramento firmata de non tangendo, vel tangi faciendo, emparãdo, vel amparari faciendo aliqua de causa quantumcumq. vrgenti, vel fortiori in impositionibus dictæ vniuersitatis vel prætijs earũdem, mandando leuatoribus, & emptoribus, quod pecunias & prætia processura traderent, & soluerent integrè, & sine aliqua diminutione Consulibus dictæ Villæ, fuit

in

in vim dicti priuilegij absoluta vniuersitas à solutione dicti Quinti sententia lata 16. Maij 1611. his verbis, quæ fuerunt posita post relata verba priuilegij. *Quæ* (inquit) verba *negatiuè posita in præchalendato priuilegio hac illius adiecta iuris iurandi religione, vt aliquid de nouo operentur, & ne superfluæ sint posita, necessario debent importare,* & *operari remissionem Quinti per fiscum Petiti.*

Deinde in alia causa cum Syndici Ciuitatis Balagarij, fuit etiā per Consultores officij Magistri Rationalis dicta Ciuitas absoluta à præstatione Quinti, quod prætendebat per fiscum, eo quod Ciuitas habebat priuilegium, quod fuit judicatum saltem tacite eximire eam vniuersitatem à solutione Quinti. Erat autem priuilegium concessum per Regem Ioannem dat. Barcinon. 18. Dezemb. 1458. huiusmodi thenoris. *Tercerament suplican a V. Magestat sie de sa merce confirmar e donar de nou a la dita Ciutat, e als habitans en aquella present, y sdeuenidors amplament, y bastant totes les imposicions, y pōtatge de la dita Ciutat perpetualment, e sens conditio alguna. Plau al Señor Rey.*

Et si priuilegia Ciuitatis superius narrata cum atentione considerentur reperiemus sine dubio verba eadem, aut similia, & forsan maiora fuisse in eis posita, ex quibus sicut in illis Figueriarum, & Balagarij debet fieri interpretatio voluisse Regem remittere ciuitati Barcinonæ dictum Quintum, vel aliud ius, casu quo esset aliquod debitum.

Sit vltimum & finale fundamētum Ciuitatis fundatum in præscriptione dicti prætēsi juris Quinti, casu quo, debitum esset, & seu libertatis soluendi illud ex impositionibus, cum enim constet nedū a centū annis, sed etiam à tempore immemoriali Ciuitatem esse in possessione seu quasi libertatis, & exemptionis non soluendi, fit inde vt ius non soluendi acquisiuerit præscriptione, & longissimi temporis discursa, id quod probatur tam de jure municipali, quam etiā de iure communi: de iure enim municipali habemus *Constitutionē secundā incipien. si algu tit. de presscriptio.* qua disponitur contra Regem in patrimolialibus præscribi posse spatio octuaginta annorum, absq. eo quod teneatur præscribēs ostendere aliquem titulum, sed quod lapsi temporis habeatur pro legitimo titulo, cui est addenda *Const. 4. sup. allegata tit. de vectigals.* qua approbatur præscriptio respectu exemptionis, & immunitatis non soluendi tributa regia.

De jure autem communi est indubitatum in tributis ficalibus admitti etiam præscriptionē præterquam in his quæ insignum subiectionis, & in signum vniuersalis dominij, quod Princeps habet in toto regno pandūtur *iuxta cap. 2. in fine de censi.* Quia quemadmodum contra eam subiectionem præscribi nullo modo potest. *Iuxta cap. cum non liceat de præscrip.* ita etiam neq. tributum præscribetur, quod in signum dictæ subiectionis tollitur, & præterquam etiam, vti aliqui volunt in tributis quæ soluūtur pro stipēdijs militū. Nam propter magnum præiudicium, quod ex eo infertur reipublicæ merito prohibita est præscriptio, pro vt latissimè probat *Petrus Barbos. in repet. l. competit 6. C. de prescrip. tring. aut quadr. ann. à n. 1. vsque ad num. 24. & ferè per totam.* In quibus locis loquitur de præs-

præscriptione quadraginta annorum.

Postea vero loquitur de centenaria,& immemoriali præscriptione,de quibus præscriptionibus nõ est dubium propter suam magnã prærogatiuam,virtutem, ac potentiam quin debeant admitti in hac tributorum materia, prout in dictis locis,probat auctor prædictus. Et colligitur etiam ex alijs quos superius dum de cẽtenaria, & immemoriali ad probationem tituli agerem⁹ allegauimus *Henri.Rosssental.de feud.c.5.conclu.46.*

Nos autem non agimus de huiusmodi tributis,quæ Regi pandũtur, vel in signum vniuersalis dominij,& subiectionis, vel pro soluendis militibus defendentibus rempublicam,sed de impositionibus,quas vniuersitates imponunt, ex concessione regia,in quibus dominus Rex prætendit partem, & portionem aliquam,Quintam scilicet, quæ nullo iure prohibetur præscribi posse, & seu eius libertas,exemptio,& immunitas.

Hanc quęstionem in indiuiduo præter omnes tract. *Iacob. Canc.in 3.par.var.resolu.c.3.de Priuileg. n. 461.* Vbi quærit,an Vniuersitates, quæ nunquam Quintum soluerũt, possint se præscriptione tueri, & respondit non posse, nisi intercedat aliquis interuertionis illius iuris actus positiuus,quia cum priuilegium censeatur ab Vniuersitatibus de iure,cum illo onere soluendi Quintum acceptatum sine aliqua temporis præfixione,sed quotiescunq. Rex illud peteret, licet per mille annos illud non petijsset, nunquam vniuersitas libertatem non soluendi præscripsisset, cum semper de iure præsumeretur parata ad solutionẽ dicti Quinti, vbi petitum fuisset, cum vtẽdo priuilegio semper recognoscat ius ad quod ex eo tenetur. Hæc est huius auctoris prætentio, hæc huius rei censura.

Istud argumentum præsupponit vnum, quod non procedit in facto saltem quoad ciuitatem Barcinonę,nec probari potest,quod vniuersitates acceptarunt à sereniss. Regib.Aragonum istas impositionum, & vectigalium indicendorũ concessiones cum illo onere soluendi Quintum de illis sine aliqua temporis præfixione. Iã enim diximus suprà quòd cum Ciuitate Barcinonæ nullum vnquam fuit pactum,nec tale quid legitur in suis priuilegijs,& concessionibus regijs, quòd de impositionib. & vectigalibus suis deberet pendere aliquam partem domino Regi,quo præsupposito cessante, & non verificato, cessat argumentũ *iuxta glos.in l.mancipia,§. auocandum,C. de ser. fugiti. Roma. singul. 495.Surd.decis.39. numer. 1. decis. 222 num.14.decis. 279. num. 1. & decis.284.n.4.*

Nec dicas, non esse necessariã expressam reseruationem Quinti positam in priuilegio ad effectum iam dictum, quia sufficit tacita, quam semper præsupponit Cancer adesse,& præsumi,quia id quo iure possit fundari non videmus, imò in hoc discursu probauimus contrarium, quod Reges quando eis videbatur,reseruabant expresse sibi Quintum, & tunc habebatur pro reseruato, vel accipiebant certam peccunię quantitatem pro concessione, dicit Cali. cui in his est multum deferẽdum, in locis superius citatis, quibus cessantibus, nihil proculdubio habent serenissimi Reges de impositionibus: aliàs si de iure haberent, quare cũ aliquibus vniuersitatibus de Quinto pacti fuissent,& cum aliquibus non? certe non erat necessarium pactum

pactum, non est dicendum quod superuacaneè in hoc fuisset processum. Quinimo ex obseruantia subsequuta dicere debemus contrarium, quod scilicet priuilegia sunt talia iudicanda, qualia fuerũt obseruata vt nedũ non habeãt onus aliquod, vel aliquam conditionem, sed imò, quòd sint concessa cum remissione cuiuscũq. oneris, quod potuissent habere cum sine eo obseruata fuerint.

Deinde Canc. dicit duo ad corroborationem suæ prætensionis, quæ nullo modo ad casum nostrũ possunt applicari.

Primo vult arguere ab eo, quod obseruatur circa præscriptionem inter dominũ & vassallum: Secundo in eo, quod practicatur inter mercatores circa statuta inducentia breues præscriptiones in mercibus. Ambo isti casus sunt notoriè extra rem.

Imprimis, quod attinet ad primũ casum, ratio diuersitatis præscriptionis census debiti domino directo est valde diuersa à præscriptione collectarum, qui in prima ideo præscriptio non procedit contra dominum, quia emphiteota, & feudatarius posside nt pro domino, dominus possidet illorum ministerio, & contra posidentem non datur præscriptio, nisi dominum eius possessione destituerit, quod nos interuertere possessionem dicimus, & sic loquitur practici Cathalani *in vsatic. omnes homines per Canc. allegati*, & latissimè tradit *Fonta. claus. 4. glos. 18. par. 1. ex num. 131. in p. tom.* in pręscriptione autem immunitatis, & exemptionis à collectis aliud est, quia cessat impedimentũ quod est in vassallo, & emphiteota, hanc differentiam agnouit *Henri. Rossent. de Feud. cap. 6 concl. 82. nu. 25.* Quod vero attinet ad secundũ de statutis mercatorũ, circa præscriptionẽ merciũ, non videmus qualiter materia sit applicabilis, quia ibi dicit Canc. præscriptionem nõ procedere, quando post terminũ illius, quis cõtinuat recipere merces, ex mercatoris officina, eo quod illa continuatio excludat præscriptionem, cum cõtinuo recognoscat se debitorẽ, hic autem Ciuitas, nec continuauit, nec incipit vnquam soluere domino Regi partem aliquam ex suis impositionibus, & si in huiusmodi continuatione stat agnitio debiti, vt prætẽdit iste auctor, cum Ciuitas nunquam soluerit non dicetur agnouisset debitum.

EX quibus omnibus remanet plenè iustificatum. Primò, quod dñs Rex circa prætensum Quintũ ciuitatis Barcino. non habet intẽtionem fundatam, quia nec ex pacto, nec cõsuetudine, nec iure municipali, vel communi illud debitum per Ciuitatem probatur.

Secundo, quod vbi aliquid petendi posset aliquo iure, illud fuit remissum, per priuilegia concessa per serenissimos Reges Aragonũ dictę Ciuitati, probata & iustificata tam per centenariam, & immemorialem possessionem, quam aliàs, hæc dicendo, salua suæ Regiæ Maiestatis clementia, & benignitate, ac cuiuslibet alterius meliori censura, &c.

Rossell Aduocatus Ciuitatis.
Fontanella V. I. D.
Vinyals V. I. D.
Puig V. I. D.

Guell Aduocatus Ciuitatis.
Boquet V. I. D.
Don Ioseph Ferreres V. I. D.

L. 12. Cne Laña dicho t.º 2 6. lib. 5. recopilac.